



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Vitæ Pontificum Romanorum**

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

**Sandini, Antonio**

**Bambergæ, 1753**

CXXIX. Leo VII. Anno Christi. 936. Constantini VIII. 25. Cum Romano.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

CXXIX.

## LEO VII.

ANNO CHRISTI. 936.

CONSTANTINI VIII. 25. CUM  
ROMANO.

LEONI VII. Romano, viro pro-  
bo, abnienti recusantique, anno  
936. Pontificatus honos mandatus  
est. (1) Ante diem nonum Januarii  
consecratus, *annos tres, menses sex, & dies decem* Bar. an. 936. §. 4. 10. 11.  
Ecclesiam administravit. Pag. §. 7. 10. 11.  
Anno enim 939. circa diem duode-  
vicesimum Julii cessit è vita. Bar. an. 939. §. 6. 10. 11.  
Eum intentâ fuisse in rem Monasticam  
curâ, & Odonem Abbatem Clu-  
niacensem Romam vocâsse ad Mo-  
nachorum mores formandos, pacem-  
que componendam inter Hugonem  
Regem Italiae, & Albericum Ro-  
mæ Principem, affirmare pro certo  
habeo, audeoque. Quæ præterea  
laude digna fecit, ignorantur, obru-  
ta tenebris sæculi hujus, quod *ino-  
piâ Scriptorum appellari consuevit obscuro.* (2) Pag. §. 3.

## ANNOTATIONES.

(1) Flodoardus (qui in Leone VII. absolvit  
libellum suum de Pontificibus Romanis)  
tom. 3. Script. Rer. Italic. part. 2. pag. 324.

Ll 2

Septi-



*Septimus exurgit Leo, nec tamen ista  
volutans,*

*Nec curans, apicis mundi nec celsari  
quirens,*

*Sola Dei qua sunt, atacri sub pectore  
volvens,*

*Culminaque evitans, oblata subire ve  
nutans,*

*Raptus at erigitur, dignusque nitore  
probatur*

*Regminis eximii, Petrique in sede lu  
catur.*

*Sed minimè assuetam linquit decore  
mine curam,*

*Deditus assiduis precibus, specularium  
celsus,*

*Afflatu letus, sapiens, atque ore serenus  
Qui me visentem Aetherei pia limina*

*Petri*

*Jucundè excipiens, &c.*

(2) Baronius ad an. 900. §. 1.

CXXX.

STEPHANUS VIII.

ANNO CHRISTI 939.

CONSTANTINI VIII. 28. CUM  
ROMANO.

STEPHANUM VIII. Germanum  
(1) annitente Ottone Germaniae  
Rege